10

Michael exmeno de [illegible]

[illegible]bulara Johi de Monesa

Benedictus eps servus servor dei D[...]lecto filio .. Sacriste ecclie Cesaraugustan Salt et aplicam ben. Exposuerunt nobis dilecti filii Martinus de
Sarrinena Archidiaconus de Sarravulo in ecclia Oscen et Bernardus Garsie clericus Oscen dioc qd olim dictus Bernardus pauper clericus existens super pro
visione sibi facienda de aliquo ecclastico beneficio secundum sue probitatis merita competenti cum cura vel sine cura consueto alolim clericis secularibus assignari spectante
ad collationem vel provisione venerabilis fratris nri .. Epi Oscen siquod in Civitate vel dioc Oscen tunc vacabat vel quamprimum ad id se facultas offerret nris
ad .. Prepositum eius proprio nomine non expresso et .. Sacristam ac Jacobum de Birca Canonicum ecclie Oscen sub ea forma secundum quam pro pauperibus
clericis beneficiandis interdum scribere consuevimus litteras impetravit et prout idem clericus asserit Arnaldus de Francia Prepositus et Peregrinus de Biniveto Archi
diaconus Supirarten dicte ecclie cui dicti Sacrista et Jacobus commiserunt super hoc vices suas donec eas ad se duxerent revocandas de vita et conversatione
dicti clerici iuxta formam dictar litterar diligentius inquisito eum repererunt et pronunciarunt ydoneum ad huiusmodi beneficium obtinendum Deinde postmo
dum quondam Jacobo de Arenno ecclie de Castellon dec dioc Rectore via universe carnis ingresso et Martino dictam eccliam de Castellione Jacobo Rectore pre
dicto adhuc vivente Archidiaconatui suo de Sarravulo in dicta ecclia Oscen canonice unitam fuisse Bernardo vero predictis eccliam ipam de Castellion
per mortem dicti Jacobi Rectoris vacare et ad collationem dicti Epi pertinere sibiqz iuxta formam dictar litterar competens beneficium existere et sibi dictar
litterar vigore de iure deberi asserentibus dictoqz Bernardo petente ab eisdem Preposito et Archidiacono Supirarten sibi de eadem ecclia de Castellione pro
videri ac propterea orta inter dictos Martinum Archidiaconum et Bernardum super eccliam huiusmodi coram dictis Preposito et Archidiacono Supirarten
auctoritate litterar et commissionis predictar materia questionis tandem dicti Prepositus et Archidiaconus Supirarten postquam aliquadiu in causa huiusmodi pro
cesserant dubitantes super nonnullis rationibus coram eis propositis per partes easdem negocium et causam huiusmodi cum dicti Sacrista et Jacobus Canonicus
dictas vices ad se minime revocassent ad aplice sedis [illegible] remiserunt examen de assensu partium predictar Nosqz negocium et causam huiusmodi ad
instantiam dicti Bernardi dilecto filio magro Petro de Talliata Canonico Carnoten Capellano nro et causar Palatii apostolici Auditori audien
dam commisimus et fine debito terminandam dictusqz Auditor inter dictas partes coram eo propterea in iudicio comparentes ad nonnullos actus dinoscitur pro
cessisse Postmodum autem dicti Martinus Archidiaconus et Bernardus nobis humiliter supplicarunt ut ad parcendum partium laboribus et expensis causam hu
iusmodi alicui discreto in partibus illis committere dignaremur Nos igitur dictor Martini et Bernardi supplicationibus inclinati discretioni tue de utriusqz
partis procuratorum assensu per aplica scripta mandamus quatinus legitimis coram dictis Auditore Preposito et Archidiacono Supirarten in dicta causa habitis servatis
processibus causam ipam audias et appellatione remota debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram ecclasticam firmiter observari. Testes
autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.
Dat Avinion v kl Novembr Pontificatus nri Anno Tertio.